



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

XXVI. Cuius sit in dicere Concilia, & Cur: Papæ, an Imperatoris?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

christus,
t; nisi e-
2. Quia
ullus Pa-
gnabitis-
n. 7. Pa-
n tempu-
bus 1261.
Meliare
5. Si d-
recipiat-
is, ut ap-
tus facit
ne. 13. It-
go.
t Sectari-
ent adus-
at venie-
ea scrip-
t. Don-
am Ap-
urde Ne-
duo exlo-
inc ons-
i; & gno-
tur Anti-
attes.
um dif-
ciuum; &
etam de-
urgatori-
t Scriptu-
Templo-
Sed S.
int illud
am; iuxta
Visibili-
Capit-

Capite, non tanquam Deum.

A D 4. Praesidere Ecclesiae toti, non extollere se supra Deum.

A D 5. Corrumperem doctrinam de Mediatore, est negare Christum: at corruptum eam Sectarii, non Papa.

A D 6. Miracula facit Deus; non Papa, non homo.

A D 7. At Sectarii dissentient in hoc, quid sit character.

Bulinger vult esse Chrisma: Bibliander, professionem Fidei Rom. Chyrræus, esse iuramentum Papæ factum, vocationem Sacerdotum, statuarum venerationem.

A T Character esse debet 1. Communis omnibus; 2. Posse imprimi in quoconque membro: 3. Ut nemo possit negotiari non habens eum; hæc vero istis non conueniunt.

Cum igitur Papæ non cōueniant dictæ 7. Notæ: Cū n etiam Ecclesia toto orbe dispersa errare non possit; & hæc Papam neget esse Antichristum: ergo nec is esse potest. Econtra: Omnes hæretici sunt præcursori Antichristi; Lutherocalvinistæ sunt hæretici: ergo.

I V. DE C O N- C I L I S.

Q V A E S T I O XXVI.

Cuius sit indicere Concilia, & cur?
Papa, an Imperatoris?

LUTHERVS lib. de Concil. Ideo vocantur Concilia Generalia, quia ab Universalium omnium Domino Imperatore congregantur. Molinæus infert: Idcirco Concilium non est recipiendum, quia à Papa, non Imperatore, in hunc fuit. Sc & Liber Prosternitum, cui non comparuerunt in Concilio. Sc quoque

CALVINVS Instit. l. 4. cap. 7. Illyricus Cent. 4. c. 7. Brentius. &c. exatauo suo Nilo, lib. de Primatu Eccl.

Quia prima Conc. Generalia sic indicata sunt ab imperatoribus. Id quod inductio docet. 1. Nilus quia Leo I. epist. 42. supplicat Theodosio, ut iubeat intra Italiam prouinciale conuocari Concilium.

2. MAGDEBURGENSES; quia Liberius concessit, esse in potestate Imper. conuocare Concilia.

3. Molinæus, Quia S. Hier. alt: *Dic, quis Imperator inferit hanc Synodum conuocari?*

4. Quia simul cœperunt & esse Imperatores Christiani, & cogi Concilia post annum 300.

A V T O R. Solius est Papæ Roman. Generalem indicere Synodum. I. Quia Concilia non sunt legitima, nisi in Nomine Christi congregata: ut assentit Caluinus Inst. 4. c. 9 §. 1. & 2. Atqui in Nomine Christi congregari, est Auctoritate Christi congregari. Patet similibus locis: Ut Matth. vlt. In nomine meo demonia eiiciunt. Ioann. 5. Ego veni in nomine patris mei. Matth. 7. Nonne in nomine tuo Prophetauiimus? Apertissime Act. 4. In qua virtute, aut in quo Nomine hoc fecisti?

DICIT CALVINVS. In nomine Christi congregari esse congregari sic, ut praesideat Christus solus.

A T 1. Hoc nusquam in Scripturis est. 2. Nemo id discernere potest, an Christus praesideat; nam omnes pseudo-synodi affirmant ē S. Scriptura se promovere omnia, ex se se nihil. 3. Christus visibilem sui praesentiam ablaturus Ecclesiae, Petro non Tiberio dixit: *Pasc meas: ac Præsideas quoque: Et tu confirma Fratres tuos.*

Aa 2 II. II.



II. Illius est indicere Concilia Generalia, qui possit omnes per orbem ex officio cogere: Ut Papa, non Imperator potest. Quia maior est orbis Christianus, quam Imperium, &c.

III. Illius est indicere Generalia, sine cuius Autoritate nequeunt celebrari: Atqui Apostolicus Canon est, in Niceno innovatus: *Soli Romanorum Episcopi est celebrare Concilia.* Vnde Concil. Calcedonense vetuit Dioscorum Alexand. fidei inter Episcopos; quod absque consensu Papae coegeret Concilium.

IV. Sic Praxis obtinuit perpetua: Communisque Patrum est Consensus, ac etiam Imperatorum & Imperii.

IMPERATORES olim quædam indexerunt Concilia; sed non absque consensu Pontif. Romanorum. Ob causas.

1. Quia, teste *Ibid. l. 1. Eym. c. 10.* primis trecentis annis, ob saeventes persecutions, Christianis omnes conuentus erant interdicti: Vigentibus igitur diu postea legibus iisdem, Imperatores ipsi ad Concilia adiuabant:
2. Quia cum in urbe aliqua esset Concilium cogen-dum, Dominus autem orbis esset Imperator, ideo & huius consensus pro loco requirebatur, proque sumtibus vehiculorum. *Baron. tom. 3. anno 240.*
3. Quia idætatis Papæ nondum erant temporalium potentes; ut potestate ac licentia indigerint Imperatorum. Ex his patet Responsio ad documenta Lutherocalvinistarum. Liberius autem petit ab Imperatore fieri; non concessit cogi Concilium.

Conuocari quoque Concilia, minime est de absoluta necessitate unquam; sed ad suauorem regendi modum iuxta

ordinariam Dei prouidentiam. Nam causis cogendi Concilia generalia potest aliter confuli, ut sunt Hæresis, Schisma, Morum corruptio & Abusus.

SOLVNTVR facile ex his commenta Sestiorum.

QVÆSTIO XXVII.

Qui ad Concilium sunt conuocandi?

LUTHERO-CALVINISTÆ, ut Lutherus libr. de Concilio part. 2. Cœlus Molinaeus de Concil. Trid. non recipi. Magdeburg. Cent. 1. l. 2. c. 9. Ex omnibus hominum eruditos debere interpellare Iudices, & habere suffragium decimum.

2. Brentius in Confess. Wittenb. c. de Concil. Omnesque Confessionistæ & Calvinistæ aiunt, concilium constare solis veteri & electis; eò quod hi soli ad Ecclesiam pertineant.

3. Protestantes, libro, *Cur non venient ad Concil. Trid. causis adferunt,* 1. Quia Papa erat indicatum. 2. Quia non licet etiam laicos doctis suffragium habere decimum, sed solum Clericis.

SVENTISTIS. 1. In primo Concilio Act. 15. plieuit Apollonis & Senioribus, em omni Ecclesia. 2. Quia Concil. Generalia Ecclesiam representat; ergo omne genus fidelium ei interesset, licet, & debet. 3. Quia Communis causa communibus votis viribus agenda est; at talis est causa fidem Conciliis: ergo, &c.

AUTOR. Ius suffragii in Conciliis solum habent Prelati: Clerici aut laici docti ius verbi habent in discussione ac disputatione; at non in definitione. Principes faculares adiutant ut protectores, aut vindicis malorum.

1. Quia definire in Conciliis credenda &

